

RATIO DISTRIBUENDI TEMPORA
 Tabula cuspidum reliquarum domorum, quæ æqua-
 li ab Horizonte interstitio numerantur.

Cuspides	S. G. M.	Declinatio	Asc. recta		Dist. à me. G.M.	Cir. po- sitionis	diff. ascension. G.M.	ascen. & desc. obliquæ.
		G.M.	G.	M.				
Vndecimæ	♄ 26 12	S. 20 58	118	13	Su. 33 25	23	Sub. 9 22	asc. 108 51
Duodecimæ	♅ 26 12	S. 12 49	148	28	Su. 63 40	41	Sub. 11 25	asc. 137 3
Secundæ	♆ 26 12	M. 10 8	204	17	In. 60 31	41	Ad. 8 56	asc. 213 13
Tertiæ	♇ 26 12	M. 19 21	233	52	In. 30 56	23	Add. 8 34	asc. 242 26
Quintæ	♈ 36 12	M. 20 58	298	13	In. 33 25	23	Sub. 9 22	def. 288 51
Sextæ	♉ 26 12	M. 12 9	328	28	In. 63 40	41	Sub. 11 25	def. 317 3
Octauæ	♊ 26 12	S. 10 8	24	17	Su. 60 33	41	Add. 8 56	def. 33 13
Monæ	♋ 26 12	S. 19 21	53	52	Su. 30 56	23	Add. 8 34	def. 62 26



AEC sunt quasi fundamenta & initia ipsius Algebutar, & directionum omnium, quæ significatorum nomine obserues, ac inde ex his Tabulis desumas eorum circulos positionum, ascensionesq; ac descensiones, quibus opus habebis in directionibus ipsorum ad promissores, hoc enim nomine appellantur stellæ, radij; tam foelices quàm infœlices occurrentes, loco seu significatori erigendo, uel in antecedentibus uel in consequentibus signiferi partibus, iuxta doctrinam superioris tabulæ. Significatorum igitur præcipuorum horizontes seu positionum circulos, ascensusq; ac descensus hic tibi præscripsimus. Sed promissorum, seu stellarum radiorumq; occurrentium loca secundum longitudinem & latitudinem supra libro primo inter prolegomena ante iudicium natiuitatis consideranda annotauimus in tabula radiationum, atq; aspectuum locorum genituræ propositæ, ex qua mutuabere loca antecedentia significatorum, seu locum dirigendum, si in antecedentia directurus es, aut loca ipsum cõsequentia. Si in consequentia signorum ducendus tibi fuerit, quorum declinationibus, ascensionibusq; tam rectis quàm obliquis, ac horizontibus habitis, age postea secundum doctrinam directionum, quam supra in tabula compræhensam proposuimus. Sed nos præcipuorum locorum directiones tanquam exempli loco subiiciemus, quibus adiutus, reliqua per te facilius possis assequi.

Directio